ACAD. LUGD BAT. BIBL.

Illustri D^o Constantino Hugenio, Suylichemii dynastæ, p

Ioh. Smits S. D. Pl.

Statianus Minus ab aspectu, Vir Spectatissime, tuo audacior factus, altero Ausoniano comite Maronianum centonem secutus, in plurium oculos prodire, tibiq; se iterum sistere audet. Satis tamen illi utriq; abundè erit, si comites trajectino aliquando à cœna oculo digneris; ut velites qui majorum ingeniorum atq; argutiarum delectum proludunt. Septenarius Barlæanorum epigrammatum manipulis longum post se agmen ducet. Auxiliariæ variarum linguarum cohortes iisdem parietibus explicabuntur, interq; seculi incommoda pessimos Poëtas meum recurret nomen; in iis quæ nuper obtrusi epigrammatibus, quæq; exinde in calamum venerunt, qualia duo hic seorsim antiquiorum plumis exornata vides: Ita eadem specula intus æquè atq; foris spectatores suos occupabit. Alios adhæc lusus adjeci, ut sit quod seriis ipse interponas, aut Constantinus tuus. Vale, Vir Illustris publico patriæ Hugenidarumq; bono et me constanter, quod facis, ama. Scribebam, Noviomagi, 17/27 Xbris. A. ☧ CIↃ IↃ XLVI.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 22
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4505

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 22
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4505

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 22
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4505

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 22
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4505